# WHIT FRIDAY

Errors? help@extraordinaryform.org

**INTROIT Psalms 70: 8; 70: 23**

Repleátur os meum laude tua, allelúja: ut possim cantáre, allelúja: gaudébunt lábia mea,dum cantávero tibi, allelúja, allelúja. (Ps. 70:1-2) In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in justítia tua líbera me et éripe me. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Repleátur os meum laude tua, allelúja: ut possim cantáre, allelúja: gaudébunt lábia mea,dum cantávero tibi, allelúja, allelúja.

Let my mouth be filled with Thy praise, alleluia: that I may sing, alleluia: my lips shall rejoice, when I shall sing to Thee, alleluia, alleluia. (Ps. 70: 1-2) In Thee, O Lord, have I hoped, let me never be put to confusion: deliver me in Thy justice, and rescue me. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let my mouth be filled with Thy praise, alleluia: that I may sing, alleluia: my lips shall rejoice, when I shall sing to Thee, alleluia, alleluia.

**COLLECT**

Da, quǽsumus, Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus: ut, Sancto Spíritu congregáta, hostíli nullaténus incursióne turbétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Grant to Thy Church, we beseech Thee, O merciful God, that, being gathered in the Holy Spirit, it may be nowise molested by any assault of the enemy. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**LESSON Joel 2: 23-24, 26-27**

Hæc dicit Dóminus Deus: Exsultáte, fílii Sion, et lætámini in Dómino, Deo vestro: quia dedit vobis doctórem justítiæ, et descéndere fáciet ad vos imbrem matutínum et serótinum, sicut in princípio. Et implebúntur áreæ fruménto et redundábunt torculária vino et óleo Et comedétis vescéntes et saturabímini, et laudábilis nomen Dómini, Dei vestri, qu fecit mirabília vobíscum: et non confundátur pópulus meus in sempitérnum. Et sciétis, quia in médio Israël ego sum: et ego Dóminus, Deus vester, et non est ámplius: et non confundétur pópulus meus in ætérnum: ait Dóminus omnípotens.

Thus saith the Lord God: O children of Sion, rejoice, and be joyful in the Lord your God; because He hath given you a teacher of justice, and He will make the early and the latter rain to come down to you, as in the beginning: and the floors shall be filled with wheat, and the presses shall overflow with wine and oil. And you shall eat in plenty, and shall be filled; and you shall praise the name of the Lord your God, Who hath done wonders with you: and My people shall not be confounded for ever. And you shall know that I am in the midst of Israel: and I am the Lord your God, and there is none besides; and My people shall not be confounded forever; said the Lord almighty.

**ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. (Wis 12: 1) O quam bonus et suávis est, Dómine, Spíritus tuus in nobis! Allelúia. *(Hic genuflectitur)* Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium: et tui amóris in eis ignem accénde.

Alleluia, alleluia. (Wis. 12: 1) O how good and sweet, O Lord, is Thy spirit within us. Alleluia *(Genuflect)* Come, Holy Spirit, fill the hearts of Thy faithful: and kindle in them the fire of Thy love.

**SEQUENCE *VENI SANCTE SPIRITUS***

Veni, Sancte Spíritus,
Et emítte cælitus
Lucis tuæ rádium.
Veni pater páuperum,
Veni dator múnerum,
Veni lumen córdium.
Consolátor óptime,
Dulcis hospes ánimæ,
Dulce refrigérum.
In labóre réquies,
In æstu tempéries,
In fletu solátium.
O Lux beatíssima,
Reple cordis íntima
Tuórum fidélium.
Sine tuo númine,
Nihil est in hómine,
Nihil est innoxium.
Lava quod est sórdidum,
Riga quod est áridum,
Sana quod est sáucium.
Flecte quod est rígidum,
Fove quod est frígidum,
Rege quod est dévium.
Da tuis fidélibus,
In te confidéntibus,
Sacrum septenárium.
Da virtutútis méritum,
Da salútis éxitum,
Da perénne gáudium.
Amen. Allelúja.

Come, Thou Holy Spirit, come,
And from Thy celestial home
Shed a ray of light divine.
Come, Thou Father of the poor,
Come, Thou source of all our store,
Come, within our bosoms shine,
Thou of Comforters the best,
Thou the soul's delightful guest,
Sweet refreshment here below.
In our labor rest most sweet,
Pleasant coolness in the heat,
Solace in the midst of woe.
O most blessed Light divine,
Shine within these hearts of Thine,
And our inmost being fill.
Where Thou art not, man hath nought,
Nothing good in deed or thought,
Nothing free from taint of ill.
Heal our wounds, our strength renew,
On our dryness pour Thy dew,
Wash the stains of guilt away.
Bend the stubborn heart and will,
Melt the frozen, warm the chill,
Guide the steps that go astray.
On Thy faithful who adore,
And confess Thee evermore,
In Thy sevenfold gifts descend.
Give them virtue's sure reward,
Give them Thy salvation, Lord,
Give them joys that never end.
Amen. Alleluia.

**GOSPEL Luke 5: 17-26**

In illo témpore: Factum est in una diérum, et Jesus sedébat docens. Et erant pharisǽi sedéntes, et legis doctóres, qui vénerant ex omni castéllo Galilǽæ et Judǽæ et Jerúsalem: et virtus Dómini erat ad sanándum eos. Et ecce, viri portántes in lecto hóminem, qui erat paralýticus: et quærébant eum inférre, et pónere ante eum. Et non inveniéntes, qua parte illum inférrent præ turba, ascendérunt supra tectum, et per tégulas summisérunt eum cum lecto in médium ante Jesum. Quorum fidem ut vidit, dixit: Homo, remittúntur tibi peccáta tua. Et coepérunt cogitáre scribæ et pharisǽi, dicéntes: Quis est hic, qui lóquitur blasphémias? Quis potest dimíttere peccáta nisi solus Deus? Ut cognóvit autem Jesus cogitatiónes eórum, respóndens dixit ad illos: Quid cogitátis in córdibus vestris? Quid est facílius dícere: Dimittúntur tibi peccáta, an dícere: Surge et ámbula? Ut autem sciátis, quia Fílius hóminis habet potestátem in terra dimitténdi peccáta. Ait paralýtico: Tibi dico, surge, tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et conféstim consúrgens coram illis, tulit lectum, in quo jacébat: et ábiit in domum suam, magníficans Deum. Et stupor apprehéndit omnes et magnificábant Deum. Et repléti sunt timóre, dicéntes: Quia vídimus mirabília hódie.

At that time, it came to pass, on a certain day that Jesus sat teaching; and there were pharisees and doctors of the law sitting by that were come out of every town of Galilee, and Judea, and Jerusalem, and the power of the Lord was to heal them. And behold men brought in a bed a man who had the palsy, and they sought means to bring him in, and to lay him before Him; and when they could not find by what way they might bring him in, because of the multitude, they went up upon the roof, and let him down through the tiles with his bed into the midst before Jesus. And when He saw their faith, He said, Man, thy sins are forgiven thee: and the scribes and pharisees began to think, saying, Who is this who speaketh blasphemies? Who can forgive sins, but God alone? And when Jesus knew their thoughts, answering, He saith to them, What is it you think in your hearts? Which is easier to say? Thy sins are forgiven thee, or to say, Arise and walk? But that you may know that the Son of man hath power on earth to forgive sins(to the crippled man) I say to thee, Arise, take up thy bed, and go into thy house. And immediately rising up before them, he took up the bed on which he lay and he went away to his own house, glorifying God. And all were astonished, and they glorified God; and they were filled with fear, saying, We have seen wonderful things today.

**OFFERTORY Psalms 145: 1-2**

Lauda, ánima mea, Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo, quámdiu ero, allelúja.

Praise the Lord, O my soul, in my life I will praise the Lord; I will sing to my God, as long as I shall be, alleluia

**SECRET**

Sacrifícia, Dómine, tuis obláta conspéctibus, ignis ille divínus absúmat, qui discipulórum Christi, Fílii tui, per Spíritum Sanctum corda succéndit. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

May the sacrifices offered in Thy sight, O Lord, be consumed by that divine fire which the Holy Spirit enkindled in the hearts of the disciples of Christ, Thy Son. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the same Holy Spirit, God, forever and ever.

**PREFACE FOR PENTECOST**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, per Christum Dóminum nostrum. Qui ascéndens super omnes cælos sedénsque ad déxteram tuam, promíssum Spíritum sanctum (hodiérna die) fílios adoptiónis effúdit. Qua própter profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat. Sed et supérnæ Virtútes, atque angélicæ Potestátes, hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes:

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: through Christ our Lord. Who, ascending above all the heavens and sitting at Thy right hand, poured out (on this day) the promised Holy Spirit upon the children of adoption. Wherefore the whole world doth rejoice with overflowing joy and the heavenly hosts also and the angelic Powers sing together the hymn of Thy glory, evermore saying:

**COMMUNICANTES FOR PENTECOST**

Communicántes, et diem sacratíssimum Pentecóstes celebrántes, quo Spíritus Sanctus Apóstolis, innúmeris línguis appáruit: sed et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genitrícis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomǽi, Matthǽi, Simónis: et Thaddǽi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiánis: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxilio. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Communicating with, and keeping the most holy day of Pentecost, whereon the Holy Ghost appeared to the Apostles in countless tongues and also reverencing the memory, first, of the glorious Mary, ever Virgin, Mother of our God and Lord Jesus Christ: as also of blessed Joseph, Spouse of the same Virgin, of your blessed Apostles and Martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

**HANC IGITUR FOR PENTECOST**

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ famíliæ tuæ, quam tibi offérimus pro his quoque, quos regeneráre dignátus es ex aqua, et Spíritu Sancto, tribuens eis remissiónem ómnium peccatórum, quǽsumus Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári: Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

We therefore beseech Thee, O Lord, graciously to accept this oblation of our service, as also of Thy whole family, which we make unto Thee on behalf of these whom Thou hast vouchsafed to bring to a new birth by water and the Holy Ghost, granting them remission of all their sins: and to dispose our days in Thy peace, preserve us from eternal damnation, and rank us in the number of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen.

**COMMUNION John 14: 18**

Non vos relínquam órphanos: véniam ad vos íterum, allelúja: et gaudébit cor vestrum, ailelúja.

I will not leave you orphans; I will come to you again, alleluia: and your heart shall rejoice, alleluia.

**POSTCOMMUNION**

Súmpsimus, Dómine, sacri dona mystérii: humíliter deprecántes; ut, quæ in tui commemoratiónem nos fácere præcepísti, in nostræ profíciant infirmitátis auxílium: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum..

We have received, O Lord, Thy sacred and mysterious gifts, humbly imploring that what Thou hast taught us to do in commemoration of Thee may profit for the help of our Infirmity. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.